

16 - 337

317

2098 SOLIS
HVMANO-ANGELICI
TENEBRAS IGNORANTIÆ
depellentis, errorumque caligines fugantis,
(D. Thomæ inquam)

THEOLOGICOS CORVSCANTES
radios, sacrandoſ affert, dicandoſ offert
Universaliſ Ecclesiæ Athlanti,

APOSTOLICVM CULMEN
obtinenti, infidelium caput conquaſſant
SS.D.N. INNOCENTIO XIJ. Pontifici
Maximo.

IN COMITIJS GENERALIBVS
Regalis Ordinis Beatae MARIAE de Mercede
Redemptionis Captivorum Oſcæ
celebrandis,

NOMINE SVÆ PROUIN. ARAGONIAE
Fr. JOSEPHVS NICOLAUS CAVERO Sacra
Theologie moderator, eiusdem ordinis
alumnus.

СЕМЕЙСТВО
ИМЕНИ ОНАИМЫ
БАУДАГОВА СЕМЕЙСТВО
(имя и фамилия)
(дата смерти)

СЕМЕЙСТВО СОЛЯНОВЫХ
БАУДАГОВЫ, ОНАИМОВЫ
СЕМЕЙСТВО СОЛЯНОВЫХ

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

JNNOCENTIO XIJ. PONTIFICI

Max. salutem præcantur obsequen-
tissimi filij.



RUMPENTES iam
dudum (B.B. PA-
TER) è præcordijs
nostris gratiu-
dinis morus, ve-
pote qui munifi-
cis tuæ largita-
tis devinciamur
nexibus, vsque ad

huc repressit, dicam potius an venerabundus ti-
mor, quo tantam reveremur celitudinem? An
impar tot favoribus in gratificando manus,
munus? Melius dixerim utrumque. Obstrictos nos
omnes obstrictum Beatitudini vestre fatemur cæ-
tum vñiversalis Ecclesie: ast peculiari, & arc-

A tio-

tiori exultat vinculo innexa hæc nostra Arago-
nia Provincia , cui luminare maius benevolen-
tia cæteris illuxit benignitatis tua munificen-
tia; dum hisce diebus B. Mariam de Socors no-
stri Ordinis Monialem Professam , & huic
Provincia decus , & filiam nova cultus affer-
tione decoravit dignatio B. tuae. Quidni pater-
nam erga nos exaltat tuam, B.B. FATER, eximia
benevolentiam, quod dum initia summi fastigij
attigisti, innovatas leges, nostro peculiari regi-
mini, sedulus roborare, indulgere, & observan-
tiæ tradere satagenti zelo dignata est B. tua.
Traxisti nos, o BB. hisce funiculis, alijsque
quam plurimis vinculis charitatis innodasti.
Nec siledus præter voler catholica Religionis in-
defensus ardor, tuum inurens indeficienter ani-
mum; concinant Germaniaæ Athletæ, quibus
munifica manu adversis fidei hostes adfuit lar-
gitas tua, amplius, fusis ad Deum precibus di-
micando, ac si rutilis cinctus armis in ipso agone
contenderet religiosus zelus. Quid ergo trepidet
fidelis Athleta tanri ducis obiectus munimine,
qui utraque manu pro dextera usus, dum altera

ortho-

ostomanis parat stragem , altera virtutum cli-
peis obarmat fidei alumnos . Certe quidem Bea-
titudinis vestrae solertia in illa Sianis arce obum
bratam conspicimus , ex qua mille clipei fortium
armatura pendentes tuae indefessa vigilatiae ar-
risse non dubitamus . Nos igitur Gregis Christi
candidata portio , catholicisque turmis sub Bea-
titudinis vestrae ad stipulatione militantibus in-
serti bellatores , fide pro thesera coruscantes , re-
ligione pro thorace induti , charitate pro galea
protecti , verbum Dei pro iaculo parantes , et sa-
cram sophiam in ensem cingentes , dum in ge-
neralibus Comitijs accingimur pro fide , virtute ,
ac Religione tuenda Beatitudinis vestra pro-
tectoricem manum imploramus , et ut clientum
sub tanto duce , ac tutelari nomenclatura potia-
musr , clipeum nostrae Theologiae ad pedes tuae dig-
nationis obsequentes protendimus , vt qui ex
Sanctae Ecclesiae officina talem de prompsimus
armaturam gratulabundi eamdem ibidem rpon-
amus , ubi neque erroris rubigine maculabi-
tur , nec adversis ictibus retundetur . Dignan-
ter ergo P. BB. hoc munusculum in eoque filio-

rum corda intuere ē quorum intimis receſibus
venerabundam ſe ſe tibi ſubdit hæc Prima no-
ſtri Ordinis Provincia. Vivas eterno. Valeas fa-
liciter.

Ad pedes Beatitudinis vestræ humillime
provolutus, nomine Provinciæ Arago-
niæ, Regalis, ac Militaris Ordinis BB.
V. MARIA de Mercede Redemptionis
Captivorum obſequentiſſimus filius.

Fr. Josephus Nicolaus Cavero.

DEVS

DEVS VNVS.



VPREMI existentia
Numinis insipien-
ti solū in corde in-
vissa esse potuit, nō
in mente; eo quod
nolle dari Deum,
quem ignorare quis-
quā non valet, quem
ue Athai flagitorū
vtorem timent; hac
que, est summa delicti,
inquit Ciprian' lib.
de vanitate idolo-

rum, nolle agnoscere, cum ignorare non possis. Altera,
opposita tamen via, misere aberravere Polythai falsa duci
pietate Deos suo arbitrio constituentes, suæque volup-
tatis pondere multiplicantes. Vtrumque errorem, præter
fidem, profligatum relinquit, tum Theologia, tum Me-
thaphysica vnitatem primæ causæ manifeste ostendentes de-
monstrationibus à posteriori ex visibilibus ad invisibiliū
cognitionem progrediendo. Inter alias efficatores sunt
quæ ex via motus, & efficientiæ ab alio desuntur: ne-
cessæ enim est pervenire ad primam causam moventem,
& immotam, omnia causantem, & incausatam. Hanc pri-
mam causam existere est secundum se per se notum, neu-
tiquam nobis viatoribus, quamvis Deum videntibus
notum esse necesse sit fateri iuxta Angelici Thomæ
mentem. Conceptus naturæ, & essentiæ, non duæ forma-
litates, non duæ virtualitatem, sed vna virtualitas gemi-
nato munere censetur; adhuc tamē si oppositum sit hypo-
thesis, divina natura per actualē intellectionem metha-
physice non constituitur, Dei enim constitutivum non
in aggregato omnium divinarū perfectionum, non in ali-

qua.

qua operatione, sed vel in substantia immateriali à se radicaliter intellectiva, vel in ratione entis à se aptissime statuitur. Distinctio ex natura rei contradicit formaliter identitati attributorum, tam in se, quam in essentia, quae solam virtualem, aut fundamentalem agnoscunt distinctionem.

DEVS VISSUS.



LTIOR A te ne quæsieris, & fortior a te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus; non est enim tibi necessariū ea quæ abscondita sunt, videre oculis tuis, inquit Ecclesiasticus cap. 3. ad cohíbendam humanam sciendi cupidinem, non ad impugnandam humilem divinorum scrutationem, ad quæ videnda intellectus humanus non proprijs, sed superis viribus elevari queit: vnde Deus clarus, & intuitive vissus sub ipsius obiecto specificativo continetur, non proportionato, sed improportionato. Merito proclamavit Romanus Aegidius doctrinam Divi Thomæ negatēm spetiem à divina essentia distinctam in visione beata esse divinitus inspiratam. Quid enim divinus potuit excogitari ad intimam Beatorum cum Deo unionem declarandam assertione illa, quæ Deum sine medio vlo nobis illabi docet. Quid de possibili? idem efformato iudicium. Intellectus non gaudet vi partiali immediate visionis activa a lumine gloriae distincta, sed ex utroque adequata coalescit causa, lumine ingrediente ut tota agendi virtute, & intellectu ut potentia lumine gaudente immediatione virtutis, & intellectu immediatione potentiae. Divina omnipotētia, idem de quolibet divino pre-

di-

dicato, imperfecta iret, si vi nostræ intellectivæ vices lumenis gloriae gerendo ancederetur per intrinsecam cum ipso vniorem. Quid si solummodo extrinsece ei assistaret? Nullatenus in visionem prorrumpere posset. Vissiones divinae essentiae attributis invisis, & vnius personæ alia non vissa contradictione involueret. Beati intuentur creaturas, tum possibiles, tum futuras, & denique existentes in divina essentia ut in obiecto prius cognito; eas tamen omnes intra Verbum inspicere impossibilis censco.

DEVS SAPIENS.



VLT A bene testa latent, nescit
taque prosunt; dum mansuetæ
fides quædam dilata, modestæ
sustinet, & nullo ignorat, non
edita damno; Canebat Prof.
per lib. de integrit. cap. 35.
inter quæ posteriorum non
vendicat locum profundum
hoc scientiæ divinæ, Deique
secretorum pelagus, quam ve-
nerari potius liber, quam investigare. Efficaciter eam
probat ratio à priori ex immaterialitate desumpta. Eius
denominatio est formalis, cum eius discursus solum vir-
tualis evadat. Attingit Deus scientia stricte tali, & à prio-
ri, tum sui attributa, tum essentiam, & proprietates cuiuslibet
creature, & denique cuiuscumque singularis existen-
tiam. Admittimus libenter in ipso rationem intelle-
ctus virtualiter in intellectu influxivi, ab eaque simili
proportione distincti; cuius obiectum motivum si-
cuit, & formale terminativum in sola essentia, ut ab at-
tributis discreta stabilitur. Possibiles creature ipsiobjiciuntur,
non solum pro ut creatrix sunt essentia, verum etiam
secundum eam formalem rationem, secundum quam-

inep-

inceptæ sunt Deo secum identificandi, & quælibet ab alia est obiective distincta; quas quidem in divina essentia, non in se ipsis, ut in obiecto primario, & causa prius cognita attingit. Ex multiplici, quam sortitur divina scientia, denominatione, unicum coalescit arbitrium, cuius adequata divisio, non infima, sed subalterna per scientiam simplicis intelligentiae, & visionis expenditur; ulteriusque simplicis intelligentiae scientia in liberam, & necessariam partitur. Futura conditionata ad scientiam abstractivam attinent, quiditates possibles aliquando futuræ ad simplicem intelligentiam necessariam; possibilia autem ut non futura reduplicative scientiam visionis sibi adscribunt. Futura contingentia conditionata disparata nequeunt ut vera à divino intellectu agnosciri; non disparata conditio nem metaphysice non conexam cum conditionato dicentia certo, & infalibiliter subiective, & obiective cognoscuntur. Rei futuratio non in carentia existentia pro tempore futuritionis, & existentia postea, sed in aliquo de præsenti realiter adequate existente, dum res est futura, constituitur, quod à scientia media relegatur, eo quod sit libera determinatio causæ primæ ad conferendum rei existentiam pro tempore à se volito. Futura contingentia absoluta Deo ab æterni physice in æternitate coexistere est dogma Thomisticum. Conditionata contingentia non in se ipsis, propriave ipsorum veritate; eam enim non assequuntur pro priori ad decretum, sed in determinatione divinæ voluntatis subiective absolute, & obiective conditionata.

Deus noscit.

(*)

DEVS

DEVS VOLENS.



XISTERE divinam voluntatem omnes, nedum paginę verum, & litteræ sacrae Scripturæ testantur ; hæ quidem ipsius sunt interpretes. Argumentum, quo eam evincit Deus Thomas ex intellectivo efficax est, & à priori demonstratio, vnde natura intellectiva non volitiva implicans iudicatur. Volitio virtualiter ab ea distinguitur, camque ut sui principium virtuale exigit. Affactus desiderij erga sua bona perfectissimam omnes bonitatis possessionem impugnat; eam commendat affectus gaudij, & ipsi non adversatur amor specialiter sumptus. Obiectum formale divinę voluntatis divinam solum assequitur bonitatem. Creaturę possibiles, quamquam secundum quid bone, nullum Dei amorem terminant; illumque, si terminaret, necessarium fore fateor. Virtutum moralium numerus Dei volitionem per modum actus primi in varia attributa non multiplicat; è converso volitionem per modum actus secundi. Divina immutabilitas cum libertate recte conciliatur, omni reiecto perfectionis detimento, per defectibilitatem actus liberi sub preciso conceptu terminacionis, sui entitate omnimode indefectibili. Obiectum voluntatis antecedentis omnium salutem volentis est gloria inchoative futura in vi illius. Suspensio ab omni libera posiriva terminatione ad fore, vel non fore creaturarum Deo ab eterno competere potuit. Sit hypothesis, Deum ex necessitate nature operari. Quid tunc de nostra libertate? Si præstaret eundem quem modo præbet concursum in principijs Thomistarum; suppositio est cōplicatoria, & utrumlibet contradictionis infert extremū.

B

Si

Si concursum prædeterminantem, eversoram libertatem teneo. Oppositum censeo, si concursum, quem modo præbet in principijs Jesuitarum, cōferret: Ergo concursus indiferens pluris libertati nostræ favet, quam Thomisticus? minime, sed per excessum ipsam destruit. Decretum ab intrinseco indiferens, quo Deus ad nostros actus liberos concurrat, quovis modo explicetur, ipsius dominio, & efficacia obuiam ire contendit, iuraque primæ causæ extinguere iudico; ex adverso autem decretum ab intrinseco efficax, phisiceque prædeterminans est suavissimum nostræ libertatis causativum, & titulos primæ causæ misericordie propugnat.

DEVS PRÆDESTINANS.



IVINORVM arcanorum reconditiſſimum est prædestinatio, & reprobatio, nam nec homo a odio, vel amore dignus sit. Et quidem convenienter ignoratur hoc ſigillū, ut configatur humana præſumptio ſacro illo timore, qui, teste Terrulliano de cultu fem. cap. 2. Fundamentum est

salutis; timendo enim cavebimus, cavendo salvi erimus. Negotium prædestinationis multos amplectitur actus, inter quos enumera decretum executivum mediorum ab electione aliqua ratione distinctum, & imperium regulans viſum, ac executionem, à iudicio electionem præcunte discretum. Eius effentia non in aggregato ex intellectus, & voluntatis actibus, minus in actu precifice voluntatis, sed in illius operatione actum voluntatis conitate & ſuponente firmatur. Quis autem actus hic erit? Imperium iure Thomisticum appellatum. Prædestinatione non

7

iiion subiectiva, sed obiectiva providentiae pars reputatur. Substantia praedestinati est effectus praedestinationis non elicitus, sed imperatus. Permissio peccati etiam ex pra-intenta pœnitentia neque summe restitutidini obstat, neque à ratione effectus praedestinationis recedit. Inter alios huius effectus merito adscribe sententiam A. D. defensare. Electio praedestinatorum ad gloriam, quamvis à meritis obiective dependens, divinam liberalitatem ut sui motivum respicit; de retum autem executivum gloria merita movent. Decreti praedestinativi efficacia cum nostra libertate cohæret, non beneficio scientiae mediae, que à Deo merito repellitur, sed quia sua determinatione ita praedestinatum facit operari, ut hic in opositum possit se vertere. voluntas efficax excludendi à gloria, non solum ut est beneficium indebitum, sed etiam ut est pena, non reduplicative, sed specificative; personalia antevertit dei merita. Peccatum originale non potuit movere efficacem intentionem excludendi à regno eos, in quibus fuit remissum.

DEVS TRINVS.



OSTRÆ primum fiduci mysterium, in quo nec periculosis alicubi erratur, nec laboriosis aliiquid queritur, nec frustuosis aliiquid invenitur, ut recte aiebat Parens August. lib. 1. de Trinit. cap. 3. est mirabilis personarum Trinitas unitate essentiae composita artem sillogisticam non des-

truens, sed mire secum concilians. Duplex in eo est processio tantummodo, quarum prima in intellectione, secunda in volitione relatione connotata consistit. Principium quo radicale utriusque pro resto naturam exigit;

principia quo^m proxima intellectum, & voluntatem requirunt. Secunda persona eo est filius præ tertia: quia procedit per intellectum, qui ex suo conceptu assimilatibus est; tertia autem per voluntatem, quæ assimilativa non est. Relativa, & absoluta distinctione ex natura rei non gaudent, & solum virtualem obtinent. Ea tamen ut sic ab absolutis distincta, perfectionem propriæ lineæ dicunt. Divina essentia est de conceptu relationum, sicut & etiam relationes sunt de conceptu essentiaz. Existentia non multiplicatur in Deo, sicut nec subsistentia sumpta pro existentia per se per seitate independentiaz à subsistentiæ, bene autem sumpta pro per seitate incommunicabilitatis. Quæ prædicata dicantur in divinis singulariter, quæ pluraliter, quæ utro modo inquirenti dicam. Quinarius numerus Notionum, Paternitatem, innascibilitatem, filiationem, spirationem activam, & passivam afferens optimè adstruitur. Verbum divinum per se procedit ex cognitione essentiaz trium Personarum, & omnium possibilium, ex cognitione autem futurorum per se non procedit quoad suam intrinsecam entitatem; bene vero sub conceptu libere terminationis ea representantis. Si Spiritus Sanctus à Filio non procederet ab eo realiter indistinguaretur: si autem à Filio, & non à Patre procederet, ab utroque distinctus realiter iret. Tertia Persona ratione suæ proprietatis Personalis per se exigit pluralitatem suppositorum, non quæ sint plura, sed unum ipsius principium. Constitutivum formale divinarum Personarum sunt relationes non sibi conceptu referentium, sed prout sunt formæ hypostaticè subsistentes. Relatio equalitatis inter Personas in magnitudine essentiaz fundata rationis est.

(!*!)

HOMO LIBER.



VMANAM libertatem, prætiosissimam gemmam, quæ pro toto non venditur auro, omnium non exceptatæ mentis cō-sensus evidenter adstruit, hominisque opera firmant. Non stat in aliquo actu, habitu, aut potentia cum habitu, sed solam potentiam clau-

dit vnicam, & particularem. Eius concursus physicus in proprias operationes ex dominio convincitur; vnde implicatis, si principium pure pasivum iuxta ac liberum iudices. Non est potentia ab intellectu, & voluntate adæquate distincta, nec ex eis adæquate constituta, sed solum cum voluntate identificata; è quo non deducas ineptam eius esse definitionem: *facultas voluntatis & rationis ad utrumlibet se habens.* Essentia cause libere non requirit posse coniungere non actionem cum omnibus ad agendum requisitis, pariterque cum ipsa actione, sed solum cum vera & expedita ad actionem facultate. Potentia peccandi non perfectio, sed defectus est ipsis libertatis: ergo peccandi impotentia, & perfectionem & maiorem arguit libertatem. Indiferentia exacta ad libertatem non est indiferentia existentis in potentia ad utrumlibet, sed indiferentia utrumlibet potentis; eo quod non suspensio-nis sed potestatis est. Libertas ad unum extreum potestate remota ad oppositum non est contenta, utpote non expedita; libera autem potestas ad actum libertatis contradictionis constitutiva potestatem proximam omissio-nis

nis requirit; libertas vero omissionis proximam actus potestatem non exigit. Principium posse ad actum conferens multiplicititer imaginari valet, tum inauferibile & non conexum, tum conexum, & auferibile ab ipsa voluntate, & denique inauferibile & connexum. Primum libertatem firmat, secundum non tollit, tertium everteret.

HOMO ADIVTVS.



VFFICIENTIS, & efficacis auxiliij existentiam negabit nullus fidei, & Theologiae non dissonus. Vtriusque distinctio ex ipsorum terminis patet. Tam in intellectu, quam in voluntate adstruendi sunt actus superni, qui illustrations, illuminaciones, pij affectus, &c. nuncupantur, nostram animam inclinantes ad actus inter supernaturales perfectiores; qui quidem et si indeliberati ab intellectu, & voluntate producuntur. Prater illos tamen auxilium sufficiens intellectum, & voluntatem constitutus in ratione principij eliciti per modum actus primi tam eorum, quam subsequentium requiritur. Si ipsis definitionem inquiras accipe: qualitas virtuosa habens modum motus, potentiasque elevans ad opera superna elicienda. Auxilium efficax, vtpote discretivum consentientis à non consentiente, suam efficaciam ab extrinseco non emendat, sed ab intrinseco obtinet; quin imputabilitas omissionis in non adimplente actum præceptum irrationabilis sit. E duobus hominibus equalibus preventis auxilijs, unum consentire, alium non, verificari nequit. Efficacia auxiliij ipsum infrustrabile irresistibile que constituit, sicut & physice predeterminans. Formale peccati

pantur, nostram animam inclinantes ad actus inter supernaturales perfectiores; qui quidem et si indeliberati ab intellectu, & voluntate producuntur. Prater illos tamen auxilium sufficiens intellectum, & voluntatem constitutus in ratione principij eliciti per modum actus primi tam eorum, quam subsequentium requiritur. Si ipsis definitionem inquiras accipe: qualitas virtuosa habens modum motus, potentiasque elevans ad opera superna elicienda. Auxilium efficax, vtpote discretivum consentientis à non consentiente, suam efficaciam ab extrinseco non emendat, sed ab intrinseco obtinet; quin imputabilitas omissionis in non adimplente actum præceptum irrationabilis sit. E duobus hominibus equalibus preventis auxilijs, unum consentire, alium non, verificari nequit. Efficacia auxiliij ipsum infrustrabile irresistibile que constituit, sicut & physice predeterminans. Formale peccati

11

ti divinam subters fugit causalitatem , materiale vero ipsius subiectum prædeterminationi; quin ex hoc summam sanctitatem labefactari appareat. Amicabilis concordia nostræ libertatis cum gratia ab intrinseco efficaci quamoptime assequitur per hoc , quod prædeterminatus ad unum extremum, veram, ac expeditam habet potestatem ad oppositum.

HOMO JVSTUS.



N Justificatione impij vere auferri lethalia peccata , ita ut nihil in iustificato relinquantur, quod culpæ mortalis obtineat rationem, fides firmat. Gratia habitualis , cui vnicce competit esse formam sanctificantem , omnimode est inconiungibilis cum peccato gravi etiam de potentia Dei

aboluta. Eius remissio metaphysice exigit intrinsecam mutationem peccatoris ; co quod condonatio extrinseca sufficiens nō sit ad ipsius remissionē , & nullo adveniente intrinsece peccatori , vel solum intelligitur esse remissam pœnæ , vel eius obiectum imperceptibile evadit. Deum condonare peccatum mortale in ipso instanti, in quo ipsum existere verificatur, potiori iure negatur. Si semel supponitur, quod revera est possibile, existere nepe ad unum charitatis sine gratia habituali ; erit sine dubio remissivus culpæ ; numquam tamen conceptum formæ sanctificantis, iustificantive assequetur. Actus charitatis, & contritionis , qui sunt ultimæ dispositiones physicae ad gratiam, procedunt ne ab ipsa , vel ab auxilio realiter distincto ? Quidquid indices, problematice defendam.

HO-

HOMO FIDELIS.



IDES, superna virtus, spiritua-
lis ædificij solidissima vasis,
bonorum omnium fundamé-
tum, & humanæ salutis ini-
tium, pro obiecto primario
formali inspicit non creatu-
ram, sed Deum, huiusque nō
quodlibet prædicatum, sed
solam Deitatem; quin ex hoc
duplicem aliam fidem impo-

sibilem reputem, vnam, cuius obiectum *quod* formale sit
verum præscindens à creato, & increato, aliam verum
creatum ut rationem *que* tantum respicientem. Omne
revelabile est verum; non è converso omne verum est
revelabile. Formale obiectum *quo* nostræ fidei, non su-
prenum Dei dominium, sex cuius in ipsum obsequio vo-
luntas credit, non obscuritatem revelationis, non Deita-
tem ab attributis distinctam, non intrinsecam veritatem
credibilium sibi adscribit. Erit ne aggregatum ex veraci-
tate, & summa sapientia, aut sola veracitas Dei loquen-
ti? Elige. Ultimum resolutivum fidei ex parte obiecti
sufficienter assignatur, cum ipsius formale obiectum des-
cribitur; ex parte vero conditionis est propositio Ecclesiæ.
Deus ex summa sua veritate impotens est mentiri, si-
c ut & vti amphibologia contracta per restrictionem pure
mentalem; aliquibus autem alijs amphibologijs non du-
bito, quin vissas fuerit. Et quo iure est impossibile speciali-
ter ipsum concurrere ad errorem, quamvis pure specula-
tivum, & invincibilem. Quid de clivitentia veri miracu-
li ad confirmationem falsæ doctrinæ ab aliquo assumpti?
Cum distinctione loquar. Cum evidentia in attestante est
incompossibilis fides rei revelatae. De fide est immedia-
te

13

te Innocentium XIJ. nunc fœliciciter regnantem esse
Summum Pontificem.

HOMO SPERANS.



PES, ordine secunda inter Theologicas virtutes, pro obiecto primario *quod* habet divinam bonitatem, ut asse-quibilem media omnipotencia auxiliante, cui tamquam rationi formalis *sub qua inni-*
titur: vnde bona creata, aut sunt obiectum secundarium huius virtutis, vel rationem connotati, & conditionis obiecti primarij assequuntur. Possibilitas, futuritio, & arduitas cōmitantur ipsius obiectum; hęc autem consistit in difficultate illud assequendi, quę quantum est de se, labore, & afflictionem affert; ea vero impedita, aut molestię, quę hanc fundant difficultatem, si secundum particulares rationes conspectentur, pure materialiter se habent; eoque arduitas per se non consistit in aliquo determinato omnibus spe anti-bus communi, sed in aliquo indeterminate, varieque difficultatem ingerente iuxta diversos status eorum, q̄ i sperant. Status beatitudinis inconiungibilis est, tam cum habitu spei, quam cum actu ipsam sperante beatitudinem. Potest Deus sua vtens absoluta facultate alicui revelare suam damnationem; eam tamen contrahendam propter futuram omissionem actus sperandi beatitudinem revelare non potest: cum talis revelatio implicatoria sit in adiecto. Facta absoluta revelatione de damnatione, non posset ille, cui talis revelatio est facta, sperare beatitudinem spe Theologica; eam tamen posset, imo & teneretur non desperare.

HOMO DILIGENS.



HARITAS, quæ inter omnes maior est virtus, sine qua nullus Deo placuit, cum qua aliquis Deo displicere non potuit, stricta est amicitia supernaturalis inter Deum, & homines; possibilis tamen est status, in quo charitas à ratione amicitię declinet. Amicitia stricta inter Deum, &

hominem solum intra ordinem naturalem constitutum est impossibilis. Eius obiectum motivum, & terminativum primarium sola est divina bonitas. Admisso dari actum charitatis erga iustum propter bonitatem gratię motive, & specificative; achuc non est constituenta alia charitas moralis infussa, eaque de facto, neque titulo attingentia talis actus, neque titulo amicitię versus proximum, necessaria est; possibilis tamen absolute defensatur. Augmentum charitatis sit per actus non solum meritorios augmenti, verum etiam ad ipsum physice disponentes, qui, cum intensiores sint ipso habitu præexistente, ad augmentum disponunt, non secundum totam suam latitudinem, sed iuxta ipsorum supra habitus excessum. Si à præsenti providentia abstrahamus, & ad alium statum, in quo solum leges meriti de condigno, & ea quæ hoc præcissim ab alijs assert, respiciamus, nō dubito, quin plures actus charitatis remissi nullum mererentur augmentum habitus præexistentis. In præsenti autem providentia omnes præmiū cōdignum distinctum à præmio ferventioribus actib⁹ respondentи promerentur, quod non in hac vita, sed post mortē cōfertur. Supposita eadē physica intensione act⁹ vt duo, v. g. plus cōfert ad augendū ipsi⁹ valore moralē continuatio, quā repetitio intra idem tempus.

DEVS

DEVS HOMO.

15



IVINI Verbi Incarnationem, misterium à seculis absconditum,
Cui^r tota ratio fatti,
potentia est factentis,
vt mirifice aiebat
August. in Epist. ad
Volus. quamplu-
rima Sacri Textus
loca confirmant, &
simil perfidam Ha-
breorum increduli-
tatem confundunt.

Dei immutabilitas quamoptime conciliatur cum sui ad humanitatem vniōne, eò quod per modum puri termini infinite actualis respectu ipsius se habet. Peccatum mortale, & si infinitum non evadat in ratione malitiæ, infinitudinem simpliciter talem in ratione offensæ sortitur, quæ infinitas neutquam impedit specificam inæqualitatem peccatorum etiam sub hac ratione. Demus purum hominem de condigno promererri peccatori gratiam peccati remissivam, quod speciosum est problema, adhuc ille non posset de condigno satisfacere pro ipsius lethali peccato. Satisfactio Christi Domini, cuius forma valorans quid divinum est, non ex sola acceptatione extrinseca Dei, sed ex se, & ab intrinseco fuit simpliciter infinita, condigna, superabundans, & excedens pro offensa. Fuit ex toto rigore iustitiae commutativa specie distincta à commutativa iustitia insussa puræ creature. In vi presentis decreti Adamo non peccante Verbum caro non fieret. Quid si originale existeret, & deficerent personalia, aut è contra? Idem respondeo. Vnus hypostatica distincta, vel indistincta realiter ab extremis proble-

maticē defenditur. Actio assumptiva, seu vnitiva distincta fuit à creatione animæ, & humanitatis productione, cuius terminus formalis quo non personalitas, sed humana-
ritas censetur.

CHRISTVS GRATVS.



E plenitudine Christi omnes accepimus; perfectus enim fuit, non modo propter divinitatem; qua nihil est perfectius, sed etiam propter humanitatem divinitate delibutam; & que ipsius anima sancta est, & grata formaliter per donum substantiale à gratia habituali distinctum, quæ quidem sanctitas per gratiam vniōnis constituitur, hæcque formaliter habet, non ab hypostatica vniōne, sed vel à natura divina, vel à personalitate, vt ab ipsa virtualiter distincta physice sanctificante sumpta sanctitate sub conceptu essentiæ, & moraliter sumpta sub conceptu nature. Gratia habitualis necessaria in ipso fuit, tum ad sanctitatem accidentalem præstandam, tum ad connaturalem elicientiam actuum supernorum. Per actus pure naturales elicitive, & imperative incapax fuit mereendi præmium supernaturale; ideoque ad hoc promerendū necessaria fuit gratia elevans eiusdem ordinis. Infinitam ipsius rectitudinem non dedecuit virtutes morales per se acquisibiles habuisse; easque non à primo insatiā sui esse per infussionem possedit, sed decursu temporis per acquisitionem assequutus fuit. Gratia habitualis, et si in maximo gradu concessa, minime tamen fuit infinite intensa; similis enim qualitas absolute repugnat. Quid de gratia capitali? In palestra aperiam.

CHRIS-

CHRISTVS SAPIENS.



NTTELLECTVS creatus Christi nedum de facto; verum nec de possibili potuit divina intellectione intelligere; oppositū que evenisse iudico defensandum, si possibile admittitur. Fuit in ipso scientia Beata à primo suę conceptionis instanti, qua nullatenus potuit Deum comprehendere. Huius scientiæ exten-

tatio usq; ad omnia præterita, existentia, & futura pertinet; plura ex possibilibus cognoscit, omnia autē intelligere intra verbum non valet. Scientia per se insuffla supernaturalis res in proprio genere, & extra verbum attingens, quæ merito Christo conceditur, non facile terminum sui obiecti agnoscit, extenditur enim ad omnia, quæ possunt ab homine per lumen intellectus agentis cognosci; ad quidditativam, & comprehensivam notitiam vniōnis Hypostaticæ, visionis Beatæ, & aliorum ordinis superni donorum; quin cognitio evidens quoadam est Dci vnius, & Trini Authoris supernaturalis eius subterfugit metas; & denique ad futura contingentia libera, & occultas cordium cogitationes: sola vero collectio possibilium quidditative cognita huius scientiæ vi nō sub-iacet de facto. Eius habitus vnicus, & non plures. Eius vissus, non dubito, quin fuerit discursivus.

(? * ?)

CHRIS-

CHRISTVS IMPECCABILIS.



VIS ex hominibus Christum arguet de peccato nisi impudenterissimi hæretici? Qui in Cœlum os suum ponentes, in hunc declinavere errorem maculantes eum, qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius; cuius humilitas, non ex præcissa visione beata ipsi à primo instanti conceptionis competente, non ex præcissa manutententia Dei orta à decreto non permittendi in ipsa peccatum, sed ex unione Hypostatica cum Verbo redditur impeccabilis; còquid si posset peccare, Verbo tribueretur peccatum: quia actiones sunt suppositorū. Quid si demus Deū miraculosè impedire influxū verbi in humanitatis opera? Eadē semper subsistit ratio; vnde æquo iure ipsi repugnat peccabilitas in sensu diviso, seu potentia peccandi cum unione composita. Ratio desumpta, utriusque impeccabilitatis probativa, ex obligatione, quæ incumbit verbo regendi humanitatem, efficacissima est. Habitū vitiosus omnimode repugnat Christi humanitati. Eius sanctitas in talem est elevata gradum, vt ipsam non reliquerit potenter accidere actum consilij, & recedere à maiori Dei beneplacito sibi de opere efficiendo manifestato; eius vero libertas in observantia consiliorum nullum est damnum perpessa. Nullius erroris præceti, aut speculativi capax fuit.

CHRIS.

CHRISTVS PROMERENS.



ERITA Christi Domini non solum fuere dignitatis infinita, sed etiam in ratione meriti simpliciter infinita; ita, ut licet de facto pactum intercesserit ex parte Dei ea remunerandi; ipsum etiam obligassent ex iustitia nullo pacto, aut promissione interveniente. Termini, intra

quorum distantiam Christus continuatae promeruit, sunt primum instans conceptionis inclusivè, & instans mortis exclusivè. Promeruit per ipsum actum charitatis beatificum, ut regulatum scientia beata; non quidem per ipsum secundum terminationem necessariam, sed secundum liberam, quam libertà in ipso distinguere. Plurima dona sibi meruit, quæ si necesse fuerit, per otium expendam, à quorum numero merito repellitur donum vñionis hypostaticæ; è quod principium meriti sub merito cadere non posit. Per actus, ad quos ex precepto politivo tenebatur, non dubito, quin meruerit. Quomodo autem libertas ad meritum requisita cum impotentia peccandi cohæreat? Audi: non per id, quod preceptum strictum, & obligans in conscientia non fuerit, non per id, quod necessitas adimplendi precepta consequens fuerit liberam postulationem ipsorum, sed ex eo, quod ita precepta adimplevit, ut potuisse non adimplere, quin potuisse peccare; quæ omnia mirificè conciliantur beneficio mirabilis illius distinctionis sensus compotiti, & divisi merito à Thomi stis presenti materia applicata.

* * *

CHRISTVS ADORATVS.



DORATIO est actus, quo quis alteri se submittit in signum excellentiæ, & superioritatis eius. Vera, & propria potest salvari adorationis ratio in opere mere interno, & spirituali, absque exteriore corporis gestu; externa tamen cultus signa absque interna submissione, vera adoratio non sunt

Christus, vt homo (*ly ut homo* sumpto specificative, & denotante adorationis terminum, complectenteq; humanitatem ipsam) adorādus est adoratione latrīæ: atque ideo eadem, & summa latrīæ adoratione, qua adoramus divinum Christi suppositum, adoranda venit humana eiusdem natura; sumpto autem *ly ut homo* reduplicative, & denotante humanitatem, vel inliärentem humanitati perfectionem, tamquam adorationis motivum, non quidem latrīæ sed dulię excellētis, quæ hyperdulia vocari solet adorationem terminat. Vnde Christo, vt perfecto Redemptori, & ad equalitatem satisfaciēti pro humani generis peccatis, debetur latrīæ; ipsi autem, vt servo Dei, vt Sacerdoti, aut secundum alia officia afferentia pro explicito naturam humanam, & inferioritatem, & non sic explicantia dignitatem increatam, debetur hyperdulia. Licit in Eucharistia non esset totus Christus ex corpore, & anima compositus, vt modo est, sed existeret tantum corpus, aut sanguis Christi sine anima, vt in triduo mortis eius cōtingeret, adhuc corpus, & sanguis eius deberet adorari latrīæ. Ipsum etiam Eucharistię Sacramentum, sive sacramentales species, quatenus continent Christum, & ratione ipsius Christi contenti, eadem adoratione latrīæ, qua Christus in ipso Sacramēto adoratur, colidebore asserim.

21
DOCTRINA D. THO.



INC theses
Theologie
Thomisti-
ce reflexi-
vas parare,
non tam
gratuitum
cèsetur ob
sequium,
quam no-

stri erga Angelicum Doctorem stric-
tissimum discipulatus vinculū; adeo
enim invaluit in Mercedariae Fami-
lie filiis erga ipsum affectio, (1) ut
non iudicetur inter nos obsequens
Nolasci filius, qui in Thomam op-
timè animatus non sit. In disputatio-
nibus non probamus securum, cui
D. Thomas probatur adversus. Quid 1615.
quid vivit in hoc nostri ordinis cœ-
tu, hoc totum spiritus Thomistici af-
fectus animat.

(1) Conf. antiqu.
ordin. nost. Verb. do-
ctrina. Decreta Capi-
tuli Generalis Guada-
laxarenſis, anno 1609.
Bilbilitani, anno
Conſtitut. noviſſi-
ma distin. 6. cap. 4.
num 5.

PRIMA THESES.



Ervata ſemper in-
demni magna fi-
mul probabilitate
cuiuscumque clas-
ſicæ alterius Theo-
logorum Scholæ,
qua suas, illasque ingentes laudes, fi-
ne dubio promeruit, adhuc compa-
ti-

(2) Titelman. Epis titul. Sanctum Thomam (2) Doc-
cop. Minorita, annot. sup. Psalm. 109.

Societas Iesu in 5. Congregat. Gener. Ca-
none 56.

(3) PP. Salman-
tic. tom. 2. in 2. 2. trac-
tit. 19. de Charitate
disput. 5. dub. 3. §. 7.
nihil sumptæ, eorum etiam, qui com-
muniter docti censemur. Maiusque

damnum orbis subiret amittendo
vnam Divi Thomæ Theologicam
Summam, quā si ammitteret sexcen-
tos Theologorum communium li-
bros, libertissimeque millenos isto-
rum donaret Athenæus congressus,
vt vnum illum posset ad se revocare.
Et si ab antiquis canebatur Mercurius

(4) Lucil. lib. 2. epist. 5.
(4) Gimnasiorum inspektor, & or-
namentum, potiori iure deffensatur
Thomas omnium Gimnasiarcha.

SECUNDA THESIS.

(5) Breb. Roman.
in Offi. S. Thom.
Clem VIII. in Bull.
ad Neapolit.

(6) Ioan. de Lugo
disp. 20. de fide sect. 3.
num. 96.



IUS doctrina quam
plurimis gaudet co-
médationibus. Pro-
bavit eam Christi
Domini oraculum,
(5) dum ei Incar-
natum Verbum hanc præclaram ador-
navit adorem. Bene scripsisti de me.
Cuius elogium negare temeritatis
nota convincit inter alios, (6) Pur-

pu-

puratus Societatis alumnus. Probare etiam Ecclesiae Capita, eam sum mis laudibus extollendo , Clypeum militantis Ecclesiae hæreticorum te la fæliciter eludentis vocitando, (7) eius dogmata inconcussa, tutissima pronunciando, speciali infusione par ta, singularia , è quibus Vniversalis Ecclesia vberrimos fructus specialis abundantia collegit. Quibus, & alijs approbationibus suppositis , manife stum iudico doctrinam Sancti Thomæ sion solum permisive , sed etiam positivè , & electivè esse ab Ecclesia approbatam, in magnumquè gradum venerationis , & probabilitatis evectam ; quin ex hoc vñquam contenderint Thomistæ esse ab ea definitam. Rescripta Pontificum eam commendantia ; non ab ipsis , vt parti cularibus Doctoribus , seu morem oratorum gesentibus , sed ab eisdem , vt Pontificibus emanarunt ; eo quod approbatio (8) electiva doctrina rum ad Pontificem , ut talem atti neat. Decretalia Pontificum pro Sanct. Thomæ doctrina ad Ecclesiam particularem transmissa , va lent , & extenduntur in ordine ad reliquas quoad approbatio-

(7) Paulus V. in
Brev. ad Neapol.

Alexand. VII. in
Brev. ad Lovan.

Ioann. XXII. in
Bull. qua inc. Redemp
tionem.

(8) Ormisi. in
Epist ad Posseor. de
suis predecessor. & Gel
las approbar. in libr.
Doct.

TERTIA THESIS.

(9) Clem. VIII. in
Diplom. ad Neapol.

(10) Innoc. VI. in
serm. D. Thom. Fecit
plusquam Salomon hic

(11) Almain. in
Prolog. Curs. Physioph.
& alij Societ. DD.

Vincent. de Nonolin.
Minorita in lib. excus-
so Venetijs, anno 1509.
& ap. ipsum Brixian.
Religio Seraphic. in
Memor. responsivo in-
ram. Salmant. art. I.
S. 3. num. 7.



NGELICI Doctoris
doctrinæ testis est
(9) ingens libro-
rum numerus, quos
ille brevissimo tem-
pore in omni fere
disciplinarum genere, singulari or-
dinie, ac mira perspicuitate sine ullo
prorsus errore conscripsit. Vnde ip-
sius doctrina omnimode immunis est
ab omni errore, omnique errandi pe-
riculo, quatenus hæc immunitas
eam in aliquo sensu veritate practi-
ca certam constituit. Elogium Inno-
centij VJ. erga D. Thomæ doctri-
nam afferentis, (10) à veritatis tra-
mite non deviisse, qui eam tenuerit,
& semper fuisse de veritate suspec-
tum, qui eam impugnaverit, non est
figmentum aliquod à Thomistis in-
ventum, sed vere ab ipso prolatum;
vt taleque ab innumeris admissum,
(11) & veneratum, etiam extra ip-
sius Doctoris Angelici Scholam. Quo-
tamen nolunt Thomistæ esse de ve-
ritate suspectum, qui D. Thomæ
doctrinam reliquerit, reverenter ta-
men eius probabilitatem supponen-
do, sed cum, qui cum eam sequutus
non fuerit, irreverenter impugna-
verit; illiusque veritatem, aut
probabilitatem ausus fue-
rit negare.

QUARTA THESIS.



OCTRINA Sancti

Thomæ (12) à (12) Ioann. XXII.
Deo fuit ipsi in- in Bull. Canoniz. Vr-
fussa , non solum ban. V. ad Tolosan. &
quoad partē theo- alij Summi Pontific.

logicam, sed etiam
quoad Philosophicas partes, mora-
lem scilicet, & naturalem; quæ qui-
dem tota , & adæquate intelligibi-
lis est, clara, & speciosa, valde Eccle-
siam illustrans, ita ut per metapho-
ram valeat dici turris Davidica, cum
propugnaculis ædificata , è qua mil-
le pendent Clypei doctrinæ solidæ,
omnis armatura fortium. Cuius se-
curitatem inconcussam probarūt om-
nes , qui norunt , quanta plusquam
adamantis firmitate persistet contra
omnes adversariorum adsultus. Im-
petitur , discutitur , accusatur , iam
ab hæreticis, iam à nonnullis catho-
licis; at ipsa immobilis contra ietus,
contra fallacias , contra fucos , con-
tra novitates imperterrita perseve-
rat.

QVINTA THESIS.

ALLERE non po-
test qui laudatur,

(13) dum qui lau- (13) Petr. Labbe
dat nō fallitur. Vn- in elog. S. Thom. contr.
de , cum Christus, oblocut. eiusd.
& Ecclesia com- Silvest. fer. 4. ciner.
mendaverint D. Thomæ scripta, quis serm. 5. de D. Thom.
ea

ea non commendet? Imo, & quis commendet? Cum satis probata sit doctrina, quam Deus commendat: ergo injuriosus est Ecclesia, Dominum mendacem facit, qui Thomam male scripsisse dicit, qui doctrinam aliquam constanter ab eodem assertam, nec usque adhuc (ut vidimus) ab Ecclesia reprobatam, censura erroris, vel totius improbabilitatis notat. Similiter, ut plurimum abiiciens nostri Sancti Magistri doctrinam (licet sine censura) ex prava quadam affectione in ipsum, reprehensione magna dignus est. Innocentius XI. nullam damnavit propositionem.

(14) Carden. in Crisi Theolog. dissert. cap. 1. num. 4. & cap. 2. num. 15.

Seraphin. Picci-
nard lib. 2. de approb.
doct. S. Thom. q. 4. art. i

Universitatum lucidissimum cande-
labrum, (15) à quo omnes fideles
risiens ap. Bergomens. men accipiunt.

SEXTA THESIS.

(16) Basili. Pont. in lib. edito pro iurâ. Uni-
vers. Salmant.



ICITVM est, (16) & laudabile nimis iu-
nare sequelam, & defensione doctri-
nae Angelici Ma-
gistri, illudque quâ
plurimi non sine magno profectu em
mis.

miserunt. Nō quicunque præseferit nomen expositoris , seu commentatoris in Sanctum Thomam inter veros discipulos eiusdem enumerandus est , vt enim hac gloria discipulatus D. Thomæ nomenclatura potiatur , plurima alia requirit. D. Thomam sectantes (cōmuniter Thomistas appellari solitos) eiusdem esse veros discipulos, ita pro competo habeo , vt de hoc dubium reponere, sit prolixius de hac veritate dubitare. Verum igitur D.Thomæ discipulum depositum doctrinæ Angelicæ custodire cupientem , his Lyrinensis verbis (17) informandum censeo. Quid est depositum ? quod tibi creditum est, non quod à te inventum est: quod acceperisti, non quod ex cogitasti: rem non ingenij, sed doctrinæ: non usurpationis private, sed publicæ traditionis : rem ad te perdutam, non à te prolatam : in qua non author esse debes, sed custos: non institutor , sed sectator : non dicens, sed sequens : nolo mihi pro alijs alias subiecias : nolo pro auro , aut impudenter plumbum , aut fraudulenter aramenta supponas : nolo auræ speciem, sed naturam: intelligatur te exponente illustrius , quod antea obscurius credebatur: eadem tamen, quæ didicisti, ita doceas, vt cum dicas novè, non dicas nova.

(17) *Lyrinensis ex-*
pendens illud Apud in-
1. ad Thib. mot. 6. De-
positum custodi , in
opusc. advers. heres.

PROPVGNATOR ADSTABIT
Fr Josephus Nicolaus Cavero Sacrae
Theologiæ Moderator, sub auspicijs
R.P. Magistri Fr. EMMANVELIS
MARIANI RIBERA pro Arago-
num Provincia Generalis Electoris.
Uterque ex sacro Regali Redempto-
torū ordine Beatæ Mariæ de Merce-
de. Cyrcum parabit eiusdem ordinis
Oscense Templum, die 25. Maij,
annī 1692.

V. D. Sanz de Vera
G. & V. Gñlis.

V. R. P. M. Fr.
Emmanuel Marianus
Ribera, Praes.

CÆSAR-AVGVSTÆ Ex Typograph. GASPARIS
THOMÆ MARTINEZ de MORENTIN,
in Sedis Platea.